



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Svmma Totivs Theologiae S. Thomae Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Romae, 1619**

Vtrum expediat continue de peccato dolere? 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38817**

quandam infinitatem: unde & contritio semper debet manere; nec est inconueniens, si remoto posteriori remaneat prius.

ARTIC. II.

*Utrum expediat continue de peccato dolere?*

**A**D secundum sic proceditur. Videtur, quod non expediat continue de peccato dolere. Expedit enim quandoque gaudere: ut patet Philip. 4. super illud, Gaudere in Domino semper: dicit glos. \*quod necessarium est gaudere. Sed non est possibile simul gaudere & dolere. Ergo non expedit continue de peccato dolere.

14

*Glosa op  
din. ibid.*

**¶** 2 Præterea, Illud quod est de se malum & fugiendum, non est assumendum nisi quatenus est necessarium, ut medicina ad aliquid: sicut patet de vitione & sectione vulneris. Sed tristitia de se mala est, unde dicitur Eccles. 30. Tristitiam longe expelle à te: & subditur causa, Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa. Hoc etiam Philosophus dicit in 7. Ethicorum, & 10. \* Ergo non debet amplius dolere de peccato, nisi quatenus sufficit ad peccatum delendum. Sed statim post primam contritionis tristitiam peccatum deletum est. Ergo non expedit ulterius dolere.

*\*1.7.c.13  
¶ 14*

**¶** 3 Præterea, Bernardus dicit, Dolor bonus est, si continuus non sit: mel enim absynthio est admiscendum. Ergo videtur quod non expedit continue dolere.

*In lib de  
vera &  
falsa pœ  
nit.c.13.*

**SED** contra est, quod \*Augustinus dicit, Semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat.

*in fin. 4*

**¶** Præterea, Actus, in quibus consistit beatitudo, expedit semper continuare quantum possibile est. Sed huiusmodi est dolor de peccato: quod patet Matth. 5. Beati qui lugent. Ergo expedit dolorem continuare quantum possibile est.

*¶ Mag.  
4. sent. d.  
14 §. A  
in fin. de  
pœni. d. 3*

**RESPONDEO** dicendum, quod hæc est conditio in actibus virtutum inuenta, quod non potest in eis accipi superfluum & diminutum: ut in 2. \*Ethic.

*c.5.  
\*c.6.civ.  
fin.*

D 3 pro-



probat: unde cum contritio ( quantum ad id est displicentia quædam in appetitu rationis ) sit de peccatis, nunquam potest ibi esse fluxum. Et sicut nec quantum ad intensionem, nisi quantum ad durationem: nisi secundum quod vnus virtutis impedit actum alterius magis nec rium pro tempore illo. Unde quantumcumque cõtinue in actibus huius displicentię esse possit, magis, & melius est, dummodo actibus aliarum tum vacet suo tempore, secundum quod oportet, & quantum ad intensionem, & quantum ad durat. Et ideo sicut passio doloris, quam voluntas affligi debet esse moderate intensa: ita debet moderatè durare, ne si nimis duret, homo in desperatione pusillanimitatem & huiusmodi vitia labatur.

Ad primum ergo dicendum, quod gaudium scilicet impeditur per dolorem contritionis, non autem gaudium quod de Deo est: quia habet ipsum dolorem pro materia.

Ad secundum dicendum, quod illud Ecclesiasticus tristitia seculi loquitur: & Philosophus loquitur tristitia, quæ est passio, qua moderate vrendum secundum quod expedit ad finem, ad quem tenditur.

Ad tertium dicendum, quod Bernardus loquitur de dolore, qui est passio.

## ARTIC. III.

*Vtrum etiam post hanc vitam animæ de peccatis conterantur?*

15

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod etiam post hanc vitam animæ de peccatis conterantur. Amor enim charitatis displicentiam de peccatis causat. Sed post hanc vitam manet in animabus charitas, & quantum ad actum, & quantum ad habitum. Quia charitas nunquam excidit, ut dicitur per Corinth. 13. Ergo manet displicentia de peccatis commisso, quæ essentialiter est contritio.

¶ 2 Pr